

No. 44. 1295. 1. Febr.

Die von Warin geben ihre lehnherrlichen Rechte an den Gütern auf, welche ihre Lehnsleute die Gebrüder Bec an das Kloster verkauft haben, und genehmigen, dass nach vorhergegangener Auflassung die Eigenthumsübertragung an das Kloster vorgenommen werde.

Nos Heinricus et Johannes, Theodericus, Cunradus et Albertus de Warin recognoscimus publice profitentes, quod cum devoti praepositus et canonici regulares sancti Thomae apostoli in Lipzk iusto emptionis titulo bona ante civitatem Lipzk sita comparaverint a Simone et Johanne fratribus dictis Bec cum omni iure utilitate areis et iudicio nec non censu et pertinentiis singulis eorundem bonorum, qui fratres bona praedicta a nobis in feodo tenuerunt, litteras per praesentes resignamus libere voluntarie integraliter et ex toto omne ius nostrum a nostris progenitoribus et a nobis titulo feudali habitum consentientes et concorditer concedentes, ut nostra resignatione debita et libera praecedente dicta bona praefatis praeposito et canonicis regularibus in Lipzk approprientur seu in proprium rationabiliter redigantur nostri omnium et successorum nostrorum impedimento et inpetitione qualibet super bonis dictis iugiter quiescente. Ut autem huiusmodi nostra resignatio rationabiliter et liberaliter per nos facta cum abrenunciatione omnis iuris nostri, quod in praedictis bonis haecenus habuimus, rata et inviolabilis perseveret, praesens scriptum desuper confectum sigillorum nostrorum appensionibus roboratum praeposito et canonicis regularibus in Lipzk saepredictis dedimus pro cautela promittentes firmiter absque dolo quolibet, factam resignationem inviolatam et integram a nobis et a nostris successoribus fideliter observari. Testes autem huius facti sunt honorabiles domini Theodericus praepositus, Herbertus decanus, Heinricus scolasticus, Vlricus de Ozstrowe canonici ecclesiae Mersburgensis et viri strenui Jericus de Langenboge, Johannes de Ozstrowe dictus de Antiqua curia, Ticemannus dictus Cornix, Heyso de Scapowe, Vlricus de Zweime, Tilo de Munstere milites et alii quam plurimi fide digni. Datum et actum Mersburg anno domini M^o. CC^o. LXXXV^o. Kalend. Februarii.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig. An einem Pergamentstreifen hängt das sehr wohl erhaltene Siegel Heinrichs von Warin; das andere Siegel ist abhanden gekommen.

No. 45. 1295.

B. Heinrich und das Capitel zu Merseburg bezeugen, dass nach einer in ihrer Gegenwart stattgefundenen Verhandlung zwischen dem Probst des Thomasklosters und denen von Warin diese auf Nachsuchen des Klosters auf ihre lehnherrlichen Rechte an den von den Gebrüdern Bec erworbenen Besitzungen Verzicht geleistet haben.

Nos Heinricus dei gratia Mersburgensis ecclesiae episcopus, Theodericus praepositus, Herbertus decanus, Heinricus scolasticus et Vlricus de Ozsterowe canonicus eiusdem ecclesiae Mersburgensis recognoscimus et ad universorum notitiam cupimus